V. A porta inferi.
R. Erue Domine animas eorum.
Requieſcant in pace. Amen.
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiſcum. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæ ſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores noſtros qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus ſanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Maria Mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & Sancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Nos cum beatis Angelis & omnibus Sanctis, benedicant, JESUS, MARIA, JOSEPH; In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.